



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XXIX. Fortis dives inimici alteram filiam petens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

leges necdum posset petere vel justum: per tot innocentium capita grassatur: hunc relinquit, hunc arripit, hunc timore punit, hunc morte.

X X I X.

Fortis dives inimici alteram filiam petens.

Pauper & dives inimici. Pauperi duæ filiae. Belli tempore promisit se dives fortiter facturum, si in matrimonium sibi pauperis una filia daretur: populus tacente paupere decrevit: dives fortiter fecit: puella se interemit. Petit dives aliam, pauper contradicit,

C O N T R A D I V I T E M.

PRiusquam fortiter faceret, postulavit, confusus id sollicito extorquere se populo, quod impetrare à victore non posset. Ducat dives aliquam, sed æqualem: ducat volentem. Velis enim nolis, suspecta res est amator inimicus, squallor & mœror, gemitus & luctus, inimici. Filia talis adamatur? pauper & dives? inimicum est matrimonium. Ne pecora quidem jugum nisi paria succedunt. Ego autem, quid faciam? laqueum filiae solvam, an flameum superponam? facem nubenti præferam, an rogam jacentis accendam? Aliter enim merces in timore promittitur, ¹ aliter onus in pace præstatur: festinavit ad laqueum, properavit ad mortem, non creditis patri? credite vel forori: si vicerit, ad patrem revertetur: si victa fuerit, ad sororem.

X X X.

Nepos ex meretricio susceptus.

Qui habebat filios frugi, ² & luxuriosum, ab amore meretricis abdicavit. Abdicatus se ad meretricem contulit. Illic cum ægrotare cœpisset, misit ad patrem, & commendavit illi filium de meretrice susceptum, rogans, ut eum in familiam recipiat, & obiit: vult illum senex in familiam recipere. Reus est alteri filio dementiae.

C O N T R A P A T R E M.

NEcesse est, me hodie in causa amplius dolere, quam dicere. Pius est sine dubio filius, qui in patre mentis errorem

¹ Aliter onus.] Fortasse, bonos. Pithoeus.

² Et luxuriosum ab amore.] Lego, & luxuriosum, luxuriosum ob amorem. Idem.